

Band IX., Nr. 3981, Seite 361-362

Das Stadtgericht in Mengen urteilt in einem Streit zwischen Kloster Beuron und den Herren von Schwandorf über das Gericht in Schwandorf.

Mengen, in der Gerichtslaube, 1290. April 20.

In nomine domini. Amen. Quoniam omnium habere memoriam et nullius oblivisci divinum est potius quam humanum, nos igitur H. miles de Hettelingen¹ advocatus consules iudices in Mengen iurati universis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus cupimus devenire pariter ac protendi publice protestantes, quot inter venerabilem dominum prepositum Wolfradum et suum conventum de Biurron ex una parte et Waltherum et Eberhardum fratres dictos de Swaindorf ex altera lis sive questio mota coram nobis iudicio presidentibus est deposita et decisa, ita videlicet, quod dominus H. de Lübertingen procurator eiusdem domini prepositi et concanonicus dicti conventus obtinuit per diffinitivas sententias, quod iudicium super homines et super bona sita in Swaindorf pertinentia prefato domino preposito et sue ecclesie nullatenus debeant habere, ipsi etiam ab omni iure quod eis videbatur competere super dicta bona et homines eorundem bonorum penitus sunt exclusi, preterea obtinuit sententialiter dictus dominus H., quod villici debeant agere memorate ville de banno seu disponere et de unione que vulgariter dicitur ainunge, quitquit² de motu sue fuerit voluntatis, respectum ad dominos eiusdem ville scilicet Swaindorf non habende, et ne alicui impremissis singulis dubium valeat imposterum suboriri, cum ambiguitas sit mater erroris et noverca discretionis, dedimus prosententes sepedicto domino preposito et suo conventui sigilli nostri munimine cum subscriptione testium roboratas. Testes sunt hii: H. de Swarzach, Fridericus minister de Kunsegge, Eberhardus minister de Schera, C. sutor, Waltherus Clingeler, Wernherus medicus, Ebelinus Hunubil, Hermannus Hunubil, Waltherus Hunubil, C. Scüheli, H. Ziegeler, Wernherus Murer, Bertoldus Ragir, Arnoldus Sideler et alii quam plures fide digni.

Acta sunt hec in Mengen sub lobio nostri iudicii, anno domini MCCLXXX[X].,³ XII. kalendas Maii, indictione III.

¹Wohl Hettlingen, Kt. Zürich, Schweiz.

²Die 1. Silbe ausgeschrieben, die 2. abgekürzt.

³Ein Vergleich der folgenden Urkunde (WUB, Bd. IX, S. 362, Nr. 3982) ergibt die Notwendigkeit dieser Korrektur; Indiktion, Monatstag und Ort, Aussteller, Zeugen, Sachverhalt sind gleich, der Wortlaut größtenteils ebenfalls.



Textabdruck folgt dem Original.

Siegel der Stadt Mengen, s. WUB, Bd. VIII, S. 305, Nr. 3082.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Sigmaringen

Signatur/Titel des Originals:

FAS (Dep. 39) DS 26 T 2 Nr. 14

Editionen:

Mitteilungen Verein Hohenzollern, 19, 206 (mit dem Jahr 1280).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Mengen, in der Gerichtslaube

Ortsindex:

Beuron Wohnplatz (21033)

Beuron, SIG

Hettlingen, Kt. Zürich, Schweiz

Königsegg Wohnplatz (19468)

Königsegg, Guggenhausen, RV

Leibertingen Wohnplatz (21141)

Leibertingen, SIG

Mengen Wohnplatz (21164)

Mengen, SIG

Scheer Wohnplatz (21338)

Scheer, SIG

Schwandorf Wohnplatz (14136)

Schwandorf, Neuhausen ob Eck, TUT

Schwarzach Wohnplatz (21327)

Schwarzach, Bad Saulgau, SIG